

**Zeitschrift:** Der Geschichtsfreund : Mitteilungen des Historischen Vereins  
Zentralschweiz

**Herausgeber:** Historischer Verein Zentralschweiz

**Band:** 61 (1906)

**Artikel:** Urkundenbuch des Stiftes Bero-Münster 1036 - 1313. Band 1

**Autor:** Liebenau, Theodor von

**Kapitel:** Urkunde Nr. 160 bis 169

**DOI:** <https://doi.org/10.5169/seals-116382>

### **Nutzungsbedingungen**

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. [Mehr erfahren](#)

### **Conditions d'utilisation**

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. [En savoir plus](#)

### **Terms of use**

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. [Find out more](#)

**Download PDF:** 22.02.2026

**ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>**

Das bischöfliche Siegel hängt.

Copie im Liber crinitus fol. 32, b. und 53 b.

Vidimus des Notars Meister Johann Has von Bremgarten vom 29. Juli 1413.

Deutsche Uebersetzung von Johann Schilling, kaiserlicher Notar in Luzern, circa 1480.

Vgl. J. E. Kopp, Geschichte der eidgen. Bünde II, 1, 486.

### Nr. 159.

1279, 1. August, Zürich.

Propst Hugo von Embrach beauftragt den Leutpriester von Kienberg die Aufhebung vom Bann und Interdikt über Jakob von Kienberg zu verkünden.

Hugo prepositus Ymbriacensis Judex a sede apostolica delegatus plebano sev viceplebano in Kienberg salutem in domino. | Cum Ja. Miles dictus de Kienberg a nobis pro contumacia ad instantiam Honorabilium in Christo Prepositi et Capituli Ecclesie | Beronensis excommunicationis in se ipsum et interdicti in familiam, colonos et inquilinos ac inhibitionis ne quis sibi | furno, foro, molendino vel quavis alia communione participaret, sentenciis innodatus, iuratoria prestita cau- | tione coram nobis proxima feria sexta post Exaltationem sancte Crucis promiserit stare iuri, tibi auctoritate nobis tradita, man | damus quatenus ipsum quem a predictis sentenciis absolvimus, publice denuncies absolutum. Iniungamus eidem prout et nos tibi iniunximus, | quod parti adverse terminum notifies prenotatum. Datum Turegi Calendis augusti Indictione VII.

Gedruckt im Geschichtsfreund XLII, 217, Urk. N. 3.

### Nr. 160.

1279, 15. September, Zürich.

Propst Hugo von Embrach verschiebt zur Erzielung eines gütlichen Vergleichs den Rechtstag im Streite zwischen Münster und Ritter Jakob von Kienberg auf 4. Oktober.

Hugo prepositus Ymbriacensis Judex a sede apostolica delegatus et cetera . . Die prefixa coram nobis in Choro Turi-

censis | prepositure proxima feria sexta post exaltationis sancte crucis Honorabili . . Christo preposito et Capitulo Beronensi ex vna et | Jacobo milite de Kienberg ex parte altera ad procedendum in causa, que inter ipsos vertitur, ipsum diem de consensu | partium sub spe pacis et amicabilis compositionis presentibus prorogamus usque in feriam quartam post Michahelis proximam, | causa in eo statu, in quo nunc est, per omnia permanente. Datum Turegi anno m<sup>o</sup> cc<sup>o</sup> lxxviii<sup>o</sup> die | predicta, videlicet feria sexta. Indictione VII. —

Gedruckt im Geschichtsfreund XLII, 217, Urk. N. 4.

### Nr. 161.

1279, 9. Oktober, Zürich.

Magister H. Manesse als Vize-Untersuchungsrichter verschiebt den Entscheid über die Kostenfrage im Prozess zwischen Münster und Ritter Jakob von Kienberg auf 2. November.

Magister H. dictus Mannesse Judex subdelegatus ab honorabili in Christo Hugone preposito Ymbriacense Judice a sede apostolica | delegato et cetera . . Comparentibus coram nobis feria quarta proxima post Michahelis . . preposito Beronensi pro se et Capitulo suo | ex vna et Hart. procuratore Ja. Militis de Kienberg ex parte altera, petivit predictus . . prepositus quasdam | expensas contumacie predicti Ja. militis de quibus nobis in iudicio tunc constitit quam taxationem et condemnationem | ante omnia faciendam de consensu partium presentibus differimus et reservamus usque ad feriam quintam non feriatam proximam | post festum omnium Sanctorum, quam etiam feriam quintam prefigimus predicto Ja. militi, ut tunc expeditis taxatione | et condemnatione predictis Idem Miles proponat omnes exceptiones, si quas contra autenticum et subdelegationem nostram, | quorum copiam sibi fieri fecimus, duxerit proponendas. Datum Turegi anno domini m<sup>o</sup> cc<sup>o</sup> lxxix<sup>o</sup>. feria quarta post | Michahelis predicta. Indictione VIII.

Gedruckt im Geschichtsfreund XLII, p. 217, Urk. Nr. 5.

### Nr. 162.

1279, 2. November, Zürich.

Propst Hugo von Embrach setzt einen neuen Rechtstag

im Prozeß zwischen Stift Münster und Ritter Jakob von Kienberg auf den 10. November an.

Comparentibus coram nobis Hugone Ymbriacensi Iudice a sede apostolica delegato feria quinta proxima post festum | omnium sanctorum continuata in crastinum hora prime Magistro Bur. de sancto Vrsicino Canonico Beronensi pro preposito et capitulo | ipsius ecclesie Beronensis ex vna et Hart. Rectore ecclesie in Kienberg procuratore Ja. Militis de Kienberg ex parte | altera, quia idem Hart. mandatum sufficiens non habebat ad defendendum, ad solvendum iudicatum sub pena | excommunicationis et solutionis quinque librarum, se constituit, quo ad premissum diem principalem debitorem, | Ita quod, si feria secunda post Andree termino coram nobis assignato, dictus Miles approbaverit factum dicti Hart. liber et | immunis ab huiusmodi obligatione existat, Taxationem etiam et condemnationem expensarum, que in predicta feria quinta faciendo | fuerint, de consensu partium sunt in dictum terminum videlicet feriam secundam post Andree non feriatam proximam prorogate. Quo | etiam termino Respondendum erit libello ipsi Ja. militi porrecto ex parte prepositi et Capituli, provocationi non obstantibus ex- | ceptionibus, contra auctenticum vel personam nostram sibi competentibus, quibus predicto extitit renuntiatum. Datum Turegi | anno domini m<sup>o</sup> cc<sup>o</sup> lxxlx<sup>o</sup> feria quinta predicta. Indictione VIII. —

Gedruckt im Geschichtsfreund XLII, 218, Urk. N. 6.

### Nr. 163.

1279, 10. November, Zürich.

Das Stift Münster reicht die Rechtsschrift gegen Ritter Jakob von Kienberg ein; Propst Hugo von Embrach fixiert den Termin zur Abgabe der Antwort auf den 4. Dezember.

Proponunt in iure suo coram vobis domine preposite Ymbriacense Iudex reverende . . prepositus et Capitulum ecclesie Beronensis | contra Jacobum militem de Kienberg, quod ipse dictam Ecclesiam multis iam longo tempore gravavit iniuriis et adhuc | gravare non cessat videlicet apud Kiuttingen

et alibi tam in suis hominibus quam in rebus aliis, imponendo ipsis | hominibus tallias et exactiones indebitas, ab eisdem etiam hominibus extorquendo per multas angarias et diversa servitia tam re- | rum quam etiam personarum. Insuper compellit et compulit homines eiusdem ecclesie contrahere matrimonium extra comparitatem, | ex qua ecclesia in suis hominibus lesionem enormem patiatur et iacturam. Item quod ipse silvam ecclesie pertinentem ad curtem | Chiutingen cedendo, deducendo et modis aliis devastaverit et destruerit. Item quod ipse in pratis, pascuis et | aliis usibus ad ipsam curtem libere spectantibus ecclesiam in immensum dampnificavit et adhuc dampnificare | non cessat. Item quod ipse cuidam servo ecclesie vaccam vnam violenter abstulit, seu auferri procuravit. Item quod ipse dictam ecclesiam privat | seu privari procurat in duobus scoposis sibi eas temere vsurpando. Item quod castrum Kiungestein constitutum est | super allodio ecclesie et possessiones circumqueque site ecclesie sunt, quas ipse occupando et male fruendo destruit | et devastat. — Has predictas violentias, iniurias et dampna ipsa ecclesie estimat ad centum et decem libras. | Quocirca petunt dicti . . . prepositus et capitulum eiusdem ecclesie dictum Militem de Kienberg eis in dictis centum et decem | libris et in restitutionem ablatorum per uos finaliter condemnari et per censuram ecclesiasticam a futura ipsorum inquieta- | tione conpesci, salvo sibi iure addendi, minuendi, mutandi, corrigendi et quolibet iuris beneficio perfruendi | super omnibus prenotatis, protestantur etiam expensas factas et faciendas in lite et omnia iura sibi competencia in hac | parte. Huic libello responderi debet feria secunda proxima post festum Andree. Anno Domini m<sup>o</sup> cc<sup>o</sup> lxxl<sup>xo</sup>. Indictione | VIII. Datum Turegi in vigilia Martini anno et Indictione prenotatis. —

Gedruckt im Geschichtsfreund, XLII, 218–219, Urk. N. 7.

### Nr. 165.

1279, 4. Dezember, Zürich.

Propst Hugo von Embrach verschiebt den Termin zur

Abgabe der Rechtsantwort Ritter Jakobs von Kienberg auf 5. Februar.

Hugo prepositus Ymbriacensis Judex a sede apostolica deputatus et cetera. — Comparentibus coram nobis Magistro Bur. de sancto | Vrsicino Canonico Beronensi syndico . . prepositi et capituli Beronensis ex vna et Ja. Milite dicto de Kienberg defen- | dente ex parte altera proxima feria secunda post Andree prefixa ad respondendum libello in predicta causa porrecto, ipse | dictus Ja. expresse promisit se ratum habiturum, quidquid in termino immediate precedenti, videlicet proxima feria prima post Omnium | sanctorum continuata in crastinum in hora prime factum fuerit per Hart. Rectorem ecclesie in Kienberg, qui non habuerat | mandatum sufficiens pro ipso Ja. et nihilominus respondit libello, negando omnia litem contestandi, narrata | prout narrabantur et dicendo petita fieri non debere. Nos igitur secundum iuris peritorum consilium partibus de consensu | ipsarum prefiximus et prefigimus presentibus terminum videlicet proximam diem non feriatam post Epiphaniam domini ad prestan- | dum calumpnie sacramentum in causa prenotata salua tamen semper predictis . . preposito et Capitulo Beronensi taxatione | et condemnatione expensarum contumacie predictis (sic) militis, que in predicta feria secunda videlicet post Andree fieri debebant. | Datum Turegi feria secunda predicta. Anno Domini m<sup>o</sup> cc<sup>o</sup> lxxl<sup>x</sup><sup>o</sup>. Indictione VIII.

Gedruckt im Geschichtsfreund XLII, 219—220, Urk. N. 8.

### Nr. 166.

1279 (nach heutiger Rechnung).

(1280 nach alter Zählung) 31. Dezember, Münster.

Ritter Hartmann von Ruda verkauft ans Kloster Rathausen das Gut Meisterswanch in Buttisholz.

Zeuge u. a. Hugo, Chorherr zu Münster, Sacerdos prebendarius.

Archiv Rathausen. Geschichtsfreund II, 68.

Geschichtsfreund Bd. LIX. Urkunden Beromünster. 14

## Nr. 167.

1280, 5. Januar, Zürich.

Propst Hugo von Embrach bezeichnet als seinen Stellvertreter für den auf 8. Januar angesetzten Rechtstag Mag. H. Manesse, Chorherr von Zürich.

Hugo prepositus Ymbriacensis Judex a sede apostolica deputatus dilecto in Christo Magistro H. Manessen Canonico Turicensi salutem | in domino. Cum nos cause que inter honestum in Christo prepositum et Capitulum Beronensem ex vna et Ja. Militem de Kienberg ver- | titur ex parte altera, aliis prepediti negotiis, intendere non possimus, vices nostras vobis, quantum ad terminum videlicet proximum | diem non feriatam post Epiphaniam et eius continuacionem presentibus duximus committendas. Datum Turegi in Vigilia Epiphanie | Anno domini m<sup>o</sup> cc<sup>o</sup> lxxx<sup>o</sup>. Indictione VIII.

Gedruckt im Geschichtsfreund XLII, 220, Urk. N. 9.

## Nr. 168.

1280, 8. Januar, Zürich.

Mag. Heinrich Manesse setzt im Prozesse zwischen Münster und Jakob von Kienberg einen Rechtstag auf 5. Feb. an.

Magister H. Manesso Judex subdelegatus ab honorabili viro Hugone preposito Ymbriacensi Judice a sede apostolica delegato | comparentibus coram nobis proximo die non feriato post Epiphaniam Magistro Bur. de sancto Vrsicino Canonico et Sindico Ecclesie | Beronensis nomine eiusdem ecclesie ex vna et Jo. dicto fabro de Rinvelden ex parte altera pro Ja. Milite de Kienberg. | Cum idem Jo. non esset instructus de negocio, vt in iudicio confitebatur et terminus predictus desideraret exhibitionem | iuramenti de calumpnia, nos eidem militi hac vice deferre volentes, licet contra ipsum procedere potuissemus, alium terminum | duximus prefigendum, videlicet feriam secundam post purificationem beate virginis proxime venturam, vt si medio tempore inter partes | compositio non intercesserit, predicto termino videlicet feria secunda post

purificationem partes personaliter compareant coram predicto domino prepo- | sito Ymbriacensi, qui nobis quantum ad predictum terminum videlicet feriam secundam post Epiphaniam et eius continuationem vices suas | commiserat ad prestandum calumpnie sacramentum et ad procedendum alias quantum fuerit procedendum. Datum Turegi feria secunda | predicta. Anno domini m<sup>o</sup> cc<sup>o</sup> lxxx<sup>o</sup>. Indictione VIII.

Gedruckt im Geschichtsfreund XLII, 220—221, Urk. N. 10.

### Nr. 169.

1280, 5. Februar, Zürich.

Propst Hugo von Embrach bezeichnet den Dekan von Oberkirch und Magister R. von Wediswile als Delegierte zur Aufnahme des Zeugenverhöres im Prozeß des Stiftes Münster mit Ritter Jakob von Kienberg.

Hugo prepositus Ymbriacensis Judex a sede apostolica delegatus et cetera . . In termino videlicet proxima feria secunda post purificationem Beate | virginis hora prime prefixo, coram nobis syndico . . prepositi et Capituli Beronensis et Ja. Militi de Kienberg, vt in causa que | inter ipsos vertitur personaliter compareant ad prestandum calumpnie sacramentum, prefato syndico per se ipsum competente, | ipse Jacobus non personaliter, prout iniunctum erat, sed per quendam comparuit procuratorem videlicet Jo. clericum dictum fabrum | de Rinvelten, habentem procuratorium in personam ipsius conceptum, quod non nobis dirigebatur sed Magistro H. Manessen | Canonico Turicensi, qui nec extiterat in precedenti termino tamen subdelegatus, in quo etiam procuratorio continebatur expresse, quod ipse | Jo. in animam suam propriam et non domini Jacobi iuramentum de calumpnia prestare deberet. Hiis igitur defectibus contra | procuratorium propositis per syndicum memoratum ad huc vltra adiecit, quod licet predictus Ja. haberi deberet pro conuicto | tamquam is, qui recusabat subire calumpnie iuramentum. Tamen ad faciendam nobis maiorem rei fidem et certitudi- | nem petebat, ut non obstante absentia prefati Jacobi ad parcendum parcium

laboribus et expensis, aliquibus personis discretis, qui accederent ad vicinum loci, ubi dampna illata dicuntur, articulum examinationis testium, | quos producere vellent et omnia circa illum necessaria committere dignaremur. Nos autem predictis . . preposito et Capitulo Beronensi in iure suo non volentes nec valentes, de iurisperitorum consilio, viris discretis . . Decano in Obernchilch | prope Surse et Magistro R. de Wediswile ad vicinum loci, in quo dampna illata dicuntur, accessuris commisi- | mus examinationem testium producendorum et Citationem ac coërcionem ipsorum et termini vel terminorum, quociens opus fuerit pre- | fixionem et omnium aliorum executionum, que circa predictum articulum fuerint oportuna. Datum et actum Turegi feria | secunda predicta post purificationem beate virginis hora prime continuata a feria secunda immediate precedenti. Anno domini m<sup>o</sup> | cc<sup>o</sup> lxxx.<sup>o</sup> Indictione VIII.

Gedruckt im Geschichtsfreund XLII, 221—222, Urk. N. 11.

### Nr. 170.

1280, 6. Februar, Zürich.

Propst Hugo von Embrach gibt dem Dekan von Oberkirch u. Mag. R. von Wediswil Kenntniss von der ihnen erteilten Aufgabe.

Hugo prepositus Ymbriacensis Judex a sede apostolica delegatus: Honorabilibus viris . . Decano in Obernchilch et Magistro R. | de Wediswile salutem in domino: Examinationem testium producendorum in causa, que vertitur inter Honorabilem in Christo . . prepositum | et capitulum Beronensem ex vna et Jacobum Militem de Kienberg ex parte altera et officium citandi eos et prefigendi terminum quociens opus fuerit et coërcionem ipsorum et omnia que circa hoc necessarium fuerint et que nos facere possemus, | aliis prepediti negotiis, vobis duximus presentibus committenda. Mandantes vobis quod dicta testium sigillis | vestris interclusa cum ipsis partibus nobis usque ad terminum, quem videritis expedire, remittatis. Datum Turegi proxima | feria tertia post purificationis beate virginis